

malitia, perit vna sermonis cultus  
& grauitas, quippe rationem inter  
& orationem firmissimus intercedit  
nexus. Hoc modo quidem sibi  
homo mente deprauatus, sed, quod  
maxime dolendum, aliis quoque  
fidei suæ commissis infert  
damnum.

III. Quærere heic ex me aliquis  
videtur, num ad veram eloquen-  
tiam salutareque sermonis exer-  
citium peruenire poterit nemo, nisi  
rationem habeat emendatam, diui-  
naque instructam luce? obtinebit  
quidem eloquentiæ speciem quam-  
dam, sed turgidam verborum præ-  
stigiis, a qua prudentia omnis abest  
quam longissime; contra homo  
diuinis præceptis castigatus vereque  
excultus, vt nimis quæsitum cor-  
poris ornatum negligit, ita in di-  
cendo quoque natiuam, eamque  
optimam sequitur formam. hæc  
omnino est ingenua, hæc viuax  
suis-